

1. Utinam nunc apud ignem aliquem magnum assidam! (Diehl p. 69)

---

---

2. „Bene vertat!” – inquit imperator – „Obsideamus Lacedaemonem, quando ita placet.”  
(Liv.)

---

---

---

3. A: „Pone crucem servo”. B: „Meruit quo crimine servus / Supplicium? Quis testis  
adest? Quis detulit? Audi: / Nulla umquam de morte hominis cunctatio longa est.” A:  
„O, demens, ita servus homo est?! Nil fecerit, esto: / Hoc volo, sic iubeo; sit pro  
ratione voluntas.” (Iuv.)

---

---

---

---

---

---

4. Ab aliis ergo laudemur: nam ipsos, ut Demosthenes ait, erubescere etiam, quum ab  
aliis laudabimur, decet. (Quint.)

---

---

---

5. Amici, dum vivimus, vivamus! (inscriptio apud K. 600)

---

---

6. At vobis male sit, malae tenebrae / Orci, quae omnia bella devoratis! (Catull.)

---

---

7. Atque utinam posses uni mihi bella videri! / Displiceas aliis! (Tib.)

---

---

8. Aut bibat, aut abeat. (Cic. Tusc.)

---

---

9. Aut decus et libertatem teneamus, aut cum dignitate moriamur! (Cic. Phil.)

---

---

---

---

10. Bruti iudicium – pace tua dixerim – longe antepono tuo. (Cic. Tusc.)

---

11. Convivae certe tui dicunt: „Bibamus, moriendum est!” (Sen. Contr.)

---

12. Cuperem vultum videre tuum, quum haec legeres. (Cic. Att.)

---

13. Di meliora ferant nec sint mihi somnia vera, / Quae tulit hesternā pessimā nocte quies!  
(Tib.)

---

---

14. Discant cantare puellae! (Ov. Am.)

---

15. Dum novus est, potius coepto pugnemus amori: / Flamma recens parvā sparsā resedit  
aquā. (Ov. Her.)

---

---

16. Dura aliquis praecepta vocet mea; dura fatemur / Esse (Ov. Rem.)

---

---

17. Educentur hic, qui hic nascuntur, statimque ab infantia natale solum amare frequentare  
consuescant! (Plin. Ep.)

---

---

18. Ego ipse cum Platone non invitus erraverim. (Cic. Tusc.)

---

19. Egone illum non fleam? Egone non defleam talem adolescentem? (Pl. Capt.)

---

---

20. Et „bene” – discedens dicet – „placideque quiescas, / Terraque securae sit super ossa  
levis!” (Tib.)

---

---

21. Fallite fallentes: ex magna parte profanum / Sunt genus; in laqueos, quos posuere, cadant! (Ov. Am.)

---

---

22. Femina quid faciat, quum sit vir levior ipsa? (Ov. A.A.)

---

---

23. Fiat iustitia et pereat mundus! (Hb.)

---

---

24. Gaudeamus igitur, iuvenes dum sumus! Post iucundam iuventutem, post molestam senectutem nos habebit humus. (carmen scholasticum)

---

---

---

25. Hoc de libro, velim scire, quid sentias. (Cic. N.D.)

---

---

26. Hoc facito, hoc ne feceris. (Cic. Div.)

---

---

27. Hoc sine ulla dubitatione confirmaverim eloquentiam rem unam esse omnium difficillimam. (Cic. Brut.)

---

---

---

28. Si videtur, considamus hic in umbra. (Cic. Leg.)

---

---

29. Inferior matrona suo sit, Prisce, marito: / Non aliter fiunt femina virque pares. (Mart.)

---

---

---

30. Iuppiter te mihi servet! (Pl. Pseud.)

---

---

31. Milo de Clodii reditu unde quaesivit? Quaesierit sane (videte, quid vobis largiar), servum etiam corrupit. (Cic. Mil.)

---

---

---

32. Mirabiles interdum existunt species somniorum, quae si alia falsa, alia vera, quā notā internoscantur, scire sane velim. (Cic. Div.)

---

---

---

33. Moriamur, milites, et morte nostra eripiamus ex obsidione circumventas legiones! (Liv.)

---

---

---

34. Ne musca quidem hac praetervolarit impune. (Erasm.)

---

---

---

35. Ne quis, tamquam parva, fastidiat grammatices (=grammaticae) elementa. (Quint.)

---

---

---

36. Ne sint in senectute vires; ne postulantur quidem vires a senectute. (Cic. Sen.)

---

---

---

37. Non possidentem multa vocaveris / recte beatum. Rectius occupat / Nomen beati, qui deorum / Muneribus sapienter uti / Duramque callet pauperiem pati, / Peiusque leto flagitium timet. (Hor. Od.)

---

---

---

38. Nullam virtutem regis iustius, quam celeritatem, laudaverim. (Curt.)

---

---

---

39. O, ego, ne possim tales sentire dolores, / Quam mallet in gelidis montibus esse lapis! (Tib.)

---

---

---

40. Omnia vincit Amor, et nos cedamus Amori! (V. Ecl.)

---

41. Panem quaeramus aratro. (Iuv.)

---

42. Pro patria quis bonus dubitet mortem oppetere? (Cic. Off.)

---

43. Quae potui, feci; faciant meliora potentes. (*Adespoton*)

---

44. Quam vellem Romae mansisses. (Cic. Att.)

---

45. Quare, dum licet, inter nos laetemur amantes. / Non satis est ullo tempore longus amor. (Prop.)

---

---

46. Quid ego de M. Marcello loquar, qui Syracusas, urbem ornatissimam, cepit? (Cic. Verr.)

---

---

47. Quid faciant pauci contra tot milia fortes? (Ov. F.)

---

48. Quid istis canibus facias aut quomodo te aliter, quam contemptu, ab orum latratibus vindices? (Mureti Or. 16)

---

---

49. Quid non ingenio factum est? Quis crederet iri / Per freta, per terras posse vaporis ope? (Anonymus, „Subsidia primaria”)

---

---

---

50. Vivant omnes virgines, / Faciles, formosae! / Vivant et mulieres / tenerae, amabiles, / bonae, laboriosae! (carmen scholasticum)

---

---

51. Quid proelia aut expeditione hibernas, oppida excisa aut recepta enumerem? Quando res plus valet, quam verba. (Sall. Ep.)

---

---

52. Quis dicere audeat vera esse somnia? (Cic. Div.)

---

53. Quisquis amat, valeat, pereat, qui nescit amare. / Bis tanto pereat, quisquis amare vetat! (carmina Lat. epigr. 945)

---

---

54. Quod dubitas, ne feceris. (Plin. Ep.)

---

55. Di tibi dent annos! A te nam cetera sumes; / Sint modo virtuti tempora longa tuae! (Ov. Pont.)

---

---

56. Quod sentimus, loquamur; quod loquimur, sentiamus; concordet sermo cum vita. (Sen. Ep.)

---

---

57. Sed quid faciamus? Victi, oppressi, capti plane sumus. (Cic. Att.)

---

58. Si necesse est, moriamur, sed domi; ibi certe pater sepeliet. (Quint. Decl.)

---

---

59. Si quis deus mihi largiatur, ut ex hac aetate repuerescam et in cunis vagiam, valde recusem. Quid enim habet vita commodi? Quid non potius laboris? Sed habeat sane: habet certe tamen aut satietatem aut modum. (Cic. Sen.)

---

---

---

---

60. Si sciens fallo, tum me, Iuppiter optime maxime, domum, familiam remque meam pessimo leto afficias! (Liv.)

---

---

61. Sint sane ista bona, quae putantur: honores, divitiae, voluptates, cetera. Tamen in eis ipsis potiundis exsultans gestiensque laetitia turpis est. (Cic. Tusc.)

---

---

62. Sit nox cum somno, sit sine lite dies! (Mart.)

---

63. Somnia ne cures: nam, mens humana quod optat, / Dum vigilat, verum per somnum cernit id ipsum. (Dion. Cato)

---

---

64. Speremus, quae volumus, sed, quod acciderit, feramus. (Cic. Sest.)

---

---

65. Tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi / Finem di dederint, Leuconoe. Ut melius, / quidquid erit, pati. (Hor.)

---

---

---

66. Utinam illum diem videam, quum tibi agam gratias, quod me vivere coegisti! Adhuc quidem valde me paenitat. (Cic. Att.)

---

---

67. Vellem oculos non habere. (Quint. Decl.)

---

68. Vivamus, mea Lesbia, atque amemus, / Rumoresque senum severiorum / Omnes unius aestimemus assis! (Catull.)

---

---

69. Utinam populus Romanus unam cervicem haberet! (Suet. Calig.)

---